nuit idem Bald. in l.1. poſt nu.8. verſ. 1.quęritur.ff. de rer. diuiſ. & hæc opin.eſt magis commu. vt atteſtatur Aret.in l. qui Romæ, §.duo ſrares, col. pen. verſic.pro deciſione huius quæſt.ff.de verb. oblig.quem refert,et ſequitur Ruin.conſ.8. poſt nu. 11.lib.1. & conſ.1. nu.14.eod.vol.Ego credo Bald. in d.l.vnic.bene dixiße,quod ſcilicet feudũ alteri non accreſcit. nã in iure accreſcendi portio accreſcit portioni,non perſonæ,vt dixi in d. §.ius accreſcendi. Sed bene verũ eſt,quod frater hoc caſu nihilomin. ſuccedit in feudo, licet nõ per ius accreſcendi, ſed tenore inueſtiturę. & ita procedit ſecunda opin. Sed quid ſi frater in diuiſionibus renunciaſſe omni iuri, &c. nunquid hoc caſu,non obſtante renunciatione,poterit venire ad feudum, ſi frater ſine liberis deceſſerit? dxi infra hoc eod. lib. §. renunciatio.

## QVÆSTIO LXXVIII.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Clericus, vel Monachus an ſuccedat in feudo.
2 Et an ad hoc, vt tranſeat perpetuo in Ecelesiam.
3 Et quid in feudis maioribus.
4 Et quid ſi præſtatur ſeruitium perſouale.
5 Et quid in clerico conſtituto in ſacris.

Ex Additionibus.

1 Num clerici ſuccedant in feudo.
2 An & quatenus Equites Hieroſolymitani ad feudorum ſucceſſionem admittantur.

### QVÆST. LXXVIII.

1 QVæro, an clericus
a ſuccedat in [a] feudo? Hæc quæſtio à Doctoribus ſatis confuſe tractatur, nõ diſtinguendo caſus, in quibus poſſet in practica contingere, poteſt enim eſſe, quod habẽs feudum efficiatur monachus, aut clericus, vel quod feudum ipſum ad aliquem iam clericum iure inueſtitnra, vel aliter deuoluatur. Dic ergo, quod quan
b do vaſallus efficitur [b] monachus, aut ſeruitium, quod præſtatur pro ipſo feudo, eſt reale, quia ſcilicet præſtatur res, vel pecunia, ſiue etiam eſt perſonale, quod tamen poteſt a clerico honeſtè præſtari per ſe, vel per idoneum ſubſtitutum: & tunc feudum durat, et tranſit in monaſterium, alias autẽ feudum non durat, ſed finitur, & ad dominum directum reuertitur, & ingreſſus a ſacramento fidelitatis abſoluitur. Et hanc diſtinctionem tenent communiter Doctores, vt atteſtatur Salic. in Auth. ingreſſi, num. 11. C.de ſacroſ. Eccleſ. quẽ refert Afflict. deciſ. 320. nu. 2. & 3. & Dec.in c.in præſentia, nu. 74. de probatio. & Curt. iun. de feud. in 2. par. 3. partis principalis, q. 10. & Iacob. de feud. in verbo, Et quibuſcunque hæredibus, num.4. Dicit etiã Alex. conſ. 10. nu. 8. lib. 5. quod ita tenent omnes, quod conſilium eſt duplicatum in conſ. 98. lib. 6.

2 Quæ tamen opin.intelligenda eſt, vt procedat, nõ ad hoc, vt feudum ipſum perpetuo remaneat apud monaſterium, ſed tantum ad hoc, vt monaſterium illud habeat durante vita feudatarij. quo ad commoditates ipſius feudi. Ita dicit Bald. in c.1. nu. 2. de milit. vaſal. qui arma bellica, &c. et in hac opin. non datur contradictor, ut ait Capyc.dec.10.n.10.

3 Sed hæc concluſio mihi nunquã placuit. quod ſcilicet feudum tranſeat in monaſterium. ſi vaſallus efficiatur monachus, quia hoc eſſet diſtrahere monachos ab inſtituto ſuæ religionis, quod eſt ſeruire Deo, & abſtinere a negotijs, & adminiſtrationibus ſecularibus. Propterea dicerem, quod ſi ſupereſſent alij vocati ex tenore inueſtituræ, illi deberent ſuccedere in feudo, perinde ac ſi vaſallus eſſet naturaliter mortuus. & ſi iſti non ſupereſſent, quod feudum reuerteretur ad dominũ directum. Et licet gl. in c. 1. verſ. Proproſuerit, de feud. uel beneficio femi. abſolute dicat, quod hoc caſu feudum ad dominum reuertatur; tamen illa gl. debet intelligi, vbi agnati nõ ſupereſſent, vel vbi feudum eſſet nouum.

### ADDITIONES.

a AN clericus.] Adde, quod clericus primæ tonſuræ eſt capax bonorum feudalium. Commun. Rol. conſ.23. nu. 1. & vide fuſius in collect.mea commun. opin. in verb. Clericus, nu. 22. Et è conuerſo, q clericus in feudo, haud ſuccedat: commune per Crau. conſil. 303. & dixi fuſius vbi ſup num.31. in feudo tamen conditionato bene ſuccedit; cõmune per Salic. Auth. ingreſſi, col. fin. C.de ſacroſan. Eccl. & dixi plenius, vbi ſup. nu.32. Giach.

An clericus.] Nota, q clerici in feudis ſuccedũt in his caſibus, in quibus feminæ feudi ſunt capaces ſecundũ Barb. in tractat.de præſt. Card. q. 5. in fin. Io.Fab. Inſtitut.de leg.patr.tut.in fin. Idẽ eſſet per illum text. vbi feudũ eſſet paruum, & exiguum ſecundũ Bald. ubi ſup.& in c.1.§. eſt & alia quæ fue.prima cau.bene amit. uide per Gul.de Bened.in repet. c. Raynut. uer. duas habens filias.n. 34. de teſtam. Gouean.

An clericus ſuccedat
1 in feudo.] Clericos † in feudis regulariter nõ ſuccedere, explorati eſt iuris feudalis: adeò, ut etiã feudum, quod prius habuerunt, per ingreſſum religionis amittant, per textum apertum in tit. 26. §. qui clericus. & tit. 30. de feud. feminę uerſic. ex hoc illud, lib. 2. F. & ſimiles, quos adducit D.Bocer. in tract. de iure ſucced.in feu. c.3.q.4. & claſ.5.diſp.18 th.9.lit. A. edit.2. ubi non ſolũ hanc cõmuniorẽ Doct. concl. eſſe aſſerit, uerũ etiã eãdem ſuffragijs Dominorũ Aſſeſſor. Cam. Imper. approbatã, teſtatur cum Mynſing.cent. 5.obſer.48.nu.8.Eadem de quæſtion. fuiſſe differtant Ioan. Rudinger. lib.1.uar. lection.iur. feud.cap. 86. Vulteius lib.1.de feu. c.9.nu.67.Roſenthal.in tract.iur.feu. cap.7.concl.29.cum ſeq & Berlichius ad conſtitut.Elect.par.3.
2 concl.39.per tot.Sed † quid de Militibus, ſiue Equitibus Hieroſolymitanis, ſeu Cruciferis dicendum? Suntnè & illi à feudali ſucceſſione arcendi? Negantium partes ſequuntur Franciſc. Sonsbecc. in Comment. in uſus feudor. p.12. nu. 115. Schrader. in tracta. feud. par.7.cap.5. nu.30. Valentinus Forſtr. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.32. nu. 39. Henricus à Roſenthal. d. c.7. concl.30.nu. 9.& ſeqq. alijque per eos citati. Aſt affirmantibus nõ ſine ratione Menoch. lib.2. de arbitr.iud. q.cas. 231.n.5. Alciat. reſponſ. 29.num.6.uol.1. Fachin. lib.7.controuerſ.iur.cap. 36.D.Bocer.d. tractat.de iur.ſucced. in feu. cap.3. q.19.& Rudinger. d.lib. 1.cap.87.n.3.& ſequent. Quia, & iſtæ perſonæ ſũt religioſæ, Deoq; dicatæ, & certo cuiuſdam religionis ordini ſacro mancipatæ, quamuis de decimis, ac proinde neque domino iuramentum fidelitatis, neque fidelitatem obſequij, neque obſequium ſeruitij, pro forma feudorum tradita in libro 2.F.tit.5.& duobus ſeqq. præſtare poſſunt. Si qua tamen conſuetudo in contrarium extat, ea omninò obſeruanda eſt, per notata Hartmann. Piſtoris lib. 2. q.33. nu.23. Vdlteij lib. 1. de feu. c.9. n.76. uerſ. uerum ualde. pag.499.& Niellij diſputat.feud.5. theſ.5. litt. A. Harpr.

b Efficitur Monachus.] Hic cadit pulcherrima dubitatio, nũquid comes factus Epiſcopus perdat caſtrum, quod obtinet uigore primogenituræ, ubi caſtrum feudale eſt? uide per Cæphal. conſil.1. ubi plenè ad partes diſcutit; & quod haud amittat, tenet contraria diluens. Giachar.

QVÆ-



Et ita illam intelligunt cõmuniter Doctores, vt dicit Curt. iun in dict.10.quæſt.in fin. Si tamen vellemus tenere communem opi.illa eſſet, iudicio meo, reſtringenda, vt procedat ſolummodo in feudis inferioribus, id eſt, non habentibus dignitatem annexam. Sed ſi filius Regis, Ducis, Marchionis, aut Comitis, efficeretur monachus, non crederem, quod Regnum, Ducatus, Marchionatus vel Comitatus acquireretur monaſterio. Et ita etiam de facto ſeruari atteſtatur Speculat. de ſtatu monach. §.1.nu.15. Saluo tamen ſẽper iudicio ſanctę Eccleſiæ, cui me ſubijcio.

De clerico autem non videtur dubitandum, quin feudum capere poſſit: ſunt enim de hoc tex. aperti in cap. verum, & in c.ex tranſmiſſa.de foro compet. & ita communi opin.obtentum eſt, vt dicit Zaſ.de feud.in 5.par.circa fin. Dicit etiã Card. in c.1.§. & quia. poſt princ.de his qui feud.dare poſſ. quod multi Doctores, & in ſpecie Martinus Laud. ibi, inquiunt hanc eſſe communem opin. Quam tamen intellige, vt procedat, modo pro tali feudo præſtetur ſeruitium reale tantum, nam eo caſu vtique clericus eſt capax feudi. Et iſta eſt de mente omnium, vt ait Ruin.conſ.42.nu.10.lib.1.

4 Sed ſi præſtetur ſeruitium perſonale, non modo clericus non ſuccedit in feudo ad eum deuoluto poſt clericatum, ſed ſi poſt deuolutum feudum vaſallus efficiatur clericus, amittit feudum. Et hæc eſt verior, & magis communis opi. vt dicit Ruin.in d.conſ.42.nu.9. Sed hoc rurſus ego intelligo, vt procedat, quando huiuſmodi ſeruitium perſonale nõn poſſet explicari per ſubſtitutum ſecundum diſtintionem, de qua ſupra in monacho dictum eſt. Et ita dicit eſſe communem opi. Crauet.conſ.203.poſt nu. Secundo reſpondeo.

5 Et hæc omnia de plano procedunt in clerico, qui ſit tantum primæ tonſuræ. & non in ſacris conſtitutus. Nam talis proculdubio ſuccedit in feudo. Ita dicit Bald.in cap.1.§. qui clericus, nu.7. ſi de feudo fuer.controuer. quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt.iun. in d.q.10. colum.penul.verſ. Secundo limita. Et hanc opin. quod clericus in minorib. conſtitutus non priuetur feudo, dicit teneri in practica iudicando, & conſulendo Barb.de prę ſtan. Card.in 5. quæſt. baſilica 1.partis, nu.5. quem refert Crauetta in dict. conſ.33.poſt nu.7. Ceterũ communiter ſeruatur; quod Epiſcopi, & Cardinales retinent feuda in eis deuoluta iure ſucceſſionis, ne dignitas potius decrementum, quam incrementum eis attuliſſe videatur: & ſine controuerſia admittuntur ad præſtandum quodcunque ſeruitium per ſubſtitutum. Alij autem clerici, vel in ſacris conſtituti, vel etiam in minoribus, ſi ſunt beneficiati, non retinent feudum, pro quo ſit præſtandum ſeruitium perſonale: ſi vero ſunt in minoribus conſtituti, & non beneficiati, admittuntur ad feudum ſicut mere laici. Et ita etiam videtur eſſe communis mens Doctorum in hac materia ſcribentium, à qua recedendum non eſſet in practica.

## QVAESTIO LXXIX.

### SVMMARIA.

Ex Claro.

1 Collaterales an ſuccedant in feudo.
2 Et quid in feudo nouo.
3 Et an ſuccedant vſque in infinitum.
4 Et quid ſi conceſſum ſit ſacerdoti pro ſe, & hæredibus,

Ex Additionibus.

1 Collaterales an, & quatenus in feudum ſuccedant.
2 Cur agnati ſibi inuicem in feudum antiqum ſuccedant, non itidem in feudum nouum.
3 Quibus caſibus etiam nouum feudum ad vaſalli defuncti agnatos tranſeat.
4 Natura cuiuſque feudi poteſt pacto inueſtituræ immutari.
5 Quiſque rei ſuæ legem dicere poteſt; & quilibet rei ſuæ moderator eſt, & arbiter.
6 Donatio mortis cauſa ita poteſt fieri, vt nouo caſu eius ſit repetitio.
7 Quod nouum eſt, aliquando habetur pro antiquo.
8 Num pactum iſtud, vt feudum nouum cenſeatur iure paterni feudi, rei veritatem immutet.
9 An agnati ſuccedant vſque in infinitum, remiſſiue.

### QVAEST. LXXIX.

HAbes regulam in materia feudorum, quod
a quandiu ſunt deſcendentes, [a] ipſi in infinitum ſuccedunt. Eſt texr.in cap.1. de ſucceſſ. feud. & hæc concluſio eſt ab omnibus recepta, vt dicit Zaſ. de feud.in 8.parte, verſ. Secunda concluſio.

Si vero non extant deſcendentes, tunc admittuntur trãſuerſales agnati, progeniti à primo aſcendente. Eſt communis opin. conſuetudine firmata, vt atteſtatur Zaſ. in d.8.part. verſ. Tertia concluſio.

2 Sed quæro, an ſimpliciter, & indiſtincte verum ſit,
b quod [b] collaterales in feudo ſuccedant? Reſp. quod eſt diſtinguẽdum, tam reſpectu qualitatis feudi, quam gradus agnationis. Aut enim loquimur in feudo nouo, & non ſuccedunt collaterales, niſi id expreſſe actum ſit Et ita tenet gloſſ. in cap. ſi quis miles, in

### ADDITIONES.

a DEſcendentes.] Adde vt per Bald. in text allegato, & per Cæphal.conſ.133.nu.28. Giach.

b Quod collaterales in feudo ſuccedant.] Collaterales, ſeu tranſuerſi ordinis agnati, in feudum duntaxat antiquum, nõ etiam in feudũ nouiter acquiſitum ſuccedunt, tit.11.de ſucceſſ. fratrum.§. his vero deficentibus, titul.14.15.& 26.in princ.45.49.& 50. li.2. F. tit.1.§.cum vero. verſ.ſin autem vnus, tit.8.§.vlt.tit. 12.& titu.20.libr.1.F. Et, poſt Clarũ hic noſtrum, alioſq; plures, tradit Foſterus li.8.de ſucceſſ.ab inteſtat.c.1.nu.3.& Dn.Bocerus in tract.de iure ſucced. in feud.c.5.q.1. Et in tantũ agnatus agnato ſuo dæfuncto in feudum nouum non ſuccedit: vt licet cum eo cõmuniter, & ſimul feudum illud acceperit; ad portionem non admittatur, dict.tit. 1. §.cum vero, verſ ſin autem, & tit.14.§. ſi duo fratres, li. 1.F.& tit. 12.in princ. lib.2.F. ſed eiuſmodi feudum, vt apertum, ad dominum reuertitur.d.tit.20.lib.1.F.d.tit. 11.§.his vero.verſ.ſi enim Titij.d.tit.14.& d. tit.26.in princip. libr.2. F.

2 Ideo † autem agnati, ex primo acquirente deſcendentes, ſibi inuicem in feudum paternum ſeu antiquum ſuccedunt: quia beneficio dantis, & accipientis pro his quoq; primitus acquiſitum fuit, tit. 14. de feudo Marchiæ, §. ſi capitanei, ſibi, prædicti fratres, vel nepotes per inueſtituram patris, & aui in beneficiũ ſuccedunt libr.1.F. & tit. 23.in quib.cauſ.feu.amittat.§.vlt.lib.2.F. Ceterum in nouum feudum frater fratri, aut alius agnatus ſuo agnato idcirco nõ ſuccedit: ne dominus forte inuitus alium, quam quẽ voluerit, vaſallum acquirat, d.tit.12.in fin.verſ. ne forte, lib.2.F. D.Bocer.d. c.5.q.1. Enimuero ceteri
3 † perhibentur caſus, quib. etiã nouum feudum ad vaſalli defuncti agnatos tranſit.l. eſt, ſi pacto inueſtituræ cominatim conuenerit, vt frater ad noui feudi fraterni ſucceſionẽ admittatur, d.tit.1.§.cũ vero, ver.ſin aũt. ibi, niſi hoc nominatim dict. ſit, & d.ti.8.§. vlt.ibi, niſi hoc fuerit dict.expreſſim, et d.ti.20.ibi, niſi p inueſtiturã, li.1.F.et d.ti.12

ibi, niſi facta fuerit eo pacto inueſtitura, & tit. 18. ibi vt quandiu ipſi, &c. iuncto verſ. vlt. lib. 2. F. II. Caſus eſt: ſi vnus fratrū, qui ſimul habitant, feudum nouum ex communibus bonis vtriuſque nomine acquiſierit, domino conditionem haud ignorante, d. titul. 20. ibi, vel niſi beneficium de communibus bonis, lib. 1. F. Quod ſi vero vnus ex fratrib. feudum quidem nouum acquiſierit, ſed non, & communi pecunia, & domini cōſenſu: illo mortuo feudum ipſius ad fratrem alterum non pertinet, ſed ad dominū reuertitur: tametſi viuo fratre fructus feudi, ſi ſimul ipſi fratres habitauerint, cōmunes ſint, per textum in d. titul. 12. §. ſi duo fratres, lib. 2. F. Vulteius lib. 1. de feu. c. 9. nu. 106. verſ. tertio, ſi fratres &c. Eaque de re videantur Henricus à Roſenthal. in trac. iuris feu. c. 7. concluſ. 59. nu. 6. & Bocerus d. c. 5. quæſt. 2. III. Caſus eſt: ſi duo fratres feudum aliquod communiter in hoſtem domini acquiſierint: vt ſcilicet cōmunib. equis, & armis dominum contra hoſtem iuuent, per textum in d. tit. 20. in fine, l. i. 1. F. Quod ſi vero ſimpliciter vnus fratrum acquiſierit feudum in hoc, vt equis, & armis dominum iuuet; licet cum fratre ſuo equo, & arma illa communia habeat; ſi tamen ſine filijs mortuo alter frater in feudū illud nō ſuccedit: ne fore dominus alium, quam quem voluerit, ſibi acquirat vaſallum, d. titul. 12. §. quod ſi cum equis, libr. 2. F. conſule ea de re Bocerum d. cap. 5. quæſt. 3. & Roſenthal d. c. 7. concluſ. 59. nu. 5. IV. Caſus eſt: ſi conſuetudine, vel ſtatuto cautum ſit, vt tranſuerſales etiam in feudum nouum ſuccedant, arg. tit. 1. in princip. lib. 2. F. & l. de quibus, 32. ff. de legib. Schrader. in tract. feud. part. 7. c. 7. nu. 5. V. & vl-
4 timus caſus eſt: ſi † in inueſtitura noui feudi adiectum fuerit, vt hoc feudum iure antiqui ſiue paterni feudi cenſeatur. Hac ſiquidem ſpecie omnes trāſuerſales illius, qui feudum acquiſiuit, in feudū ſuccedere, multiplex ratio ſuadet. Tum quia natura cuiuſque feudi pacto inueſtituræ immutari poteſt, tit. 18. & tit. 48. lib. 2. F. Tum quia dominus, quando iure paterni feudi, nouum alicui concedit feudum, ius ſuum remittit: quod ei plane liberum, & integrum eſt:
5 cum † quiſque rei ſuæ legem dicere poſſit, l. in traditionib. 48. ff. de pact. legem, quam dixiſti, 10. C. eod. & quilibet rei ſuæ moderator, & arbiter intelligatur, l. in re mandata, 21. C. mandat.
6 Tum quia † donatio mortis cauſa ita fieri permittitur, vt nullo caſu eius ſit repetitio: quæ donatio quoad effectum, vt ſcilicet reuocari nequeat, perinde habetur, atque alia quæuis donatio inter viuos, l. ſi alienam, 13. §. 1. & l. vbi ita donatur, 27. ff. de mort. cauſ. donationib.
7 Tum † denique quia illud etiam, quod nouum eſt, pro antiquo haberi poteſt, l. quicunque deſertum 7. in princip. ibi, & velut domeſticum, & auita ſucceſſione quæſitum, Cod. de omni agro deſerto, &c. libr. 11.

Neque obſtat huic aſ-
8 ſertioni, quod † pactum iſtud, vt videlicet feudum nouum cenſeatur iure paterni feudi, rei veritatem non immutet, argum. l. ſi forte, 8. in fi. ff. de caſtrenſ. pecul. l. nō nupis, 14. C. de probationib. & l. ſi donatione, 13. Cod. de collationib. Quāuis enim eiuſcemodi feudum nouum, ſi rei naturam ſpectes, reuera antiquum, ſiue paternum feudum non ſit effectum tamen iuris ſi conſideres, pro paterno feudo habetur, eademque illius hoc caſu qualitas reputatur. Et ita tradunt Bald. in cap. 1. in princ. de alienat. paterni feudi. Præpoſit. in cap. 1. de grad. ſucced. in feud. Alexand. conſ. 10. li. 3. conſ. 55. n. 17. li. 4. Matth. de Affict. deciſ. Neapolit. 282. Paris conſ. 17. libro 1. Schrader. in tract. feud. par. 7. cap. 7. nu. 5. in fi. Mynſing. cent. 4. obſer. 84. Gail. libr. 2. obſeru. 50. Menoch. conſ. 160. nu. 25. & ſeqq. lib. 2. & lib. 3. de præſumptionib. præſumpt. 93. nu. 16. Fachin. lib. 7. controuerſ. iur. cap. 58. Bocer. d. tract. de iur. ſucced. in feud. capitu. 5. quæſtione decima. Roſenthal. d. tract. feud. capit. ſecūdo concluſione decimatertia, pluresque alij ab eo recenſiti. *Harprec.*

c *Ad ſeptimum gradum.*] Adde, & per Ioan. Cæphal. eo conſil. 133. numero viſieſimooctauo. *Giach.*

*gl. vnica conſtit. feu. Loth. &c. quæ gl. tenetur per communiter Scribentes, vt dicit Aluarot. in eo. c. ſi quis miles, nu. 2. Et ideo, ſi duo fratres fuerint inueſtiti de feudo pro ſe, & filijs, &c. & vnus eorum decedat ſine liberis, ſuperſtite filio alterius fratris prædefuncti, portio iſtius fratris non pertinet ad dictum nepotem ſuperſtitem, quia ipſi fratres videntur proſpexiſſe ſibi tantum, & vnuſquiſque eorum filijs ſuis, nō autem filijs alterius fratris. Et hanc dicit eſſe communem concluſionem Curt. ſen. conſ. 49. nu. 11. Aut vero loquimur in feudo antiquo, & tunc bene procedit concluſio, quod agnati collaterales in feudo ſuccedant.*

3 *Difficultas eſt, an ſuccedant ſolummodo vſque ad ſeptimum gradum, an etiam vſq; ad infinitum. Nam in hoc articulo videntur eſſe tex. contrarij, quia in c. 1. §. & quia de his qui feud. dare poſſunt, expreſſe videtur probari, quod agnati ſuccedant ſolummodo vſque ad ſeptimum gradum, Tex. aūt in c. 1. §. de nat. ſucc. feudi, videtur probare, quod ſuccedant etiam in infinitum. Sunt etiam inter Doctores variæ opin. Nam Iac. de Bel. in d. feud. March. dicit, quod vbi agnati ſint deſcendentes primi inueſtiti, debent in infinitum ſuccedere in ipſo feudo, ex beneficio primæ inueſtiture. Et hanc opinionem, quod inter deſcendentes primi vaſalli procedat ſucceſſio, etiam vltra decimum gradum, dicit eſſe cōmuniter receptam Did. libr. 3. reſol. cap. 5. poſt num. 4. verſicul. Quinto hinc. Quidam autem Doctor antiquus, qui appellatur Ioan. Faſoli, tenuit contrariam opinionem, quod ſcilicet non admittantur collaterales vltra ſeptimum gradū ad ſucceſſionem feudi. Et dicit Bal. in d. cap. 1. num. 4. de feud. March. quod ita communiter tenetur, quem refert Iaſon in l. certum, poſt nu. 3. verſ. Secundo principaliter, C. vnde legi. & Socin. iun. conſ. 76. num. 73. lib. 1. Hanc etiam opin. dicit eſſe communem Mart. Laud. inter conſ. feu. Bruni, conſ. 119. poſt. nu. 8. Pariſ. conſ. 23. num. 262. lib. 1. Mihi autem placet prima opin. quod ſ. ſuccedant vſq; in infinitum, & ſecundum illam, ſi caſus contingeret, conſulerem, & iudicarem. Nam hoc caſu non poteſt proprie dici, quod agatur de ſucceſſione collateralium, ſed de ſucceſſione aſcendentis, delata virtute primæ inueſtituræ, & credo, quod ita etiam indiſtincte obſeruetur, maxime in feudis regalibus. Et in ſpecie de corona regni Franciæ atteſtatur ita ſe habere conſuetudinem Boer. conſ. 10. nu. 16. vſque ad fin. conſ.*

4 *Sed hic occurrit pulchra quæſtio, pone, Princips concedit feudum alicui exiſtenti in ſacris, pro ſe, & hæredibus, certum eſt quod illud verbum, Hæredibus, quod in materia feudali intelligitur de filijs, ſiue deſcendentib. non poteſt hoc caſu verificari in filijs, quia talis conſtitutus in ſacris, niſi eos ſuſcepiſſet ante clericatum non poſſet habere filios habiles ad ſucceſſionem feudorū; Nunquid ergo hoc caſu cenſebitur feudum conceſſum etiam pro agnatis collateralibus ipſius inueſtiti? Reſp. quod ſic. Ita dicit Bald. in l. 1. §. naturales, poſt n. 8. ſi de feudo fue. contr. quem ſequuntur communiter Doctores, vt dicit Curt. iun. de feud. in 3. parte, in materia ſucceſſionis deſcendentium, in 1. regula. quæſt. 17. in fin. Quod nota, quia de facili quis reſpōderet prima facie contrarium.*

9 *An † ſuccedant ſolummodo vſque ad ſeptimum gradum.*] Adde de hac quæſtione accurate diſertantem Dn. Henricum Bocerum, d. c. 5. q. 20. & Ioannem Rudingerum lib. 1. var. lectinon. iuris feudal. cap. 35. *Harprec.*





# QVÆTSTIO LXXX.

## SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Femina ſemel admiſſa ad feudum, an poſtea ſuperuentente maſculo excludatur.*
2 *Et quid econuerſo, an femina ſemel excluſa per exiſtentiam maſculi, ſemper remaneat excluſa.*

Ex Additionibus.

1 *Femina ſemel ob maſculi defectum ad feudi ſucceſſionem admiſſa, quādiu viuit, feudum retinet, etiam ſi poſtea maſculus aliquis naſcatur.*
2 *Quod alicuius factum eſt, id ei inuito auferri non poteſt.*
3 *Ius ſemel quæſitum perpetuum eſſe cenſetur.*
4 *Multa fieri impediuntur, quæ tamen facta tolerantur.*
3 *Effectus iam conſumatus non ceſſat, cauſa eius ceſſante.*
6 *Sententia, & intellectus tit. 17. lib. 2. F.*
7 *Si vaſallus defunctus prægnantem vxorem reliquerit, & ea poſtea filium pepererit, huic filio femina cedere cogitur.*
8 *Qui in vtero eſt, pro iam nato habetur.*
9 *Ceptum habetur pro perfecto.*
10 *Ecquid femina, ſemel per maſculum à ſucceſſione feudi remota perpetuo excluſa maneat.*
11 *Referuntur Doctores, qui in propoſita quæſtione negatiuā opinionem amplectuntur.*
12 *Exhibetur catalogus Interpretum, contrariam aientem ſententiam defendentium.*
13 *Interpretatio tit. 6. §. quin etiam, lib. 1. F.*
14 *Quæ ſit vis, & poteſtas vocis, vlterius.*
15 *Qualitas adiuncta verbo, quatenus ſecūdum tempus verbi exaudiri debeat.*
16 *Explicatio dicti tit. 6. §. vlt. lib. 1. F.*
17 *Remoto ſubiecto, remouetur etiam neceſſario eius adiunctum.*
18 *Qui in defectum alterius vocatur ad ſucceſſionē is, ſuccedente eo, cuius in locum vocatur, in tantū excluditur, vt poſtea nūquam amplius admittantur.*
19 *Quicquid ſub conditione datur, ſub contraria conditione nō dari intelligitur: & contra.*
20 *Ablatiuorum abſolutorum natura, & proprietas.*
21 *Qui aliquo modo à ſucceſſione excluditur, is nulla ratione ad eā admittitur amplius.*
22 *Ius ſemel extinctum amplius haud reuiuiſcit.*
13 *Femina, quæ vigore ſtatuti per maſculum à ſucceſſione bonorū ſemel fuit remota, licet deinde maſculus ille fuerit; mortuus; tamen ad ſucceſſionem amplius non admittitur.*
24 *Vnumquodque ad naturam ſuam facile reuertitur.*

## ADDITIONES.

a 1 Sed *communis opinio eſt in contrarium.*] Hanc † opinionem (quod ſcilicet femina, ſemel ob maſculi defectum admiſſa ad feudi ſucceſſionem, ſi poſtea maſculus aliquis naſcatur, non repellatur à feudo) præter Clarum noſtrum, & ab eo citatos, approbant & tuentur Baldus, Iacobus de Beluiſo, Petrus Rauennas, & Fridericus Schench. ad tit. 17. lib. 2. F. Ioan. Thom. de Marin. tit. 11. de feud. femin. 37. vercul. nono quæritur, &c. Guerrinus Piſo in præiud feud. ſub tit. propria, & impropria feuda quænam ſint, verſ. quarta ſpecies feudi improprij, &c. Hanneton. lib. 2. de feud. cap. 9. Schrader. in tract. feud. part. 7. c. 4. nu. 82. Hartm. Piſtotis lib. 2. quæſt. 35. nu. 9. Sonsbec. in Commen. in vſus feu. par. 9. nu. 140. Dn. Bocer. in tract. de iure ſucced. in feud. c. 3. q. 6. Schneidevviu. in epit. feud. par. 6. tit. de ſucceſſ. ab inteſt. nu. 48. Mozz. in tract. de feud. c. de naturalib. feud. nu. 101. Vult. lib. 1. de feu. c. 9. nu. 49. in fin. Ruin. conſ. 151. nu. 4. & conſ. 154. nu. 3. vol. 2. Menoch. conſ. 568. nu. 15. vol. 2. & Fachineus lib. 7. controuer. iur. cap. 41. Idque per ſubſequentia præcipuè argumenta. Primo enim feudorum placita feminam, extante maſculo, à feudo per ſucceſſionem acquirendo repellunt: non etiam illam à feudo iam acquiſito remouent. tit. 6. §. quin etiam, tit. 8. in princ. §. filia vero, lib. 1. F. tit. 11. §. ad filias, tit. 57. 18. & 50. in princ. lib. 2. F. & conſequenter hunc caſum deciſioni diſpoſitionis iuris
2 communis relinquunt, arg. tit. 1. in princ. verſ. ſtrenuus autem lib. 2. F. & l. præcipimus, 32. §. vlt. C. de appellationib. Iure † verò communi, quod alicuius factum eſt, id ab eo inuito ad alium non tranſit, l. id, quod noſtrum, 11. ff. de reg. iur. l. ſi procurator, ff. de acquir. rer. domin. & ne quidem actio, quæ alicui ſemel quæſita eſt, eo inuito reſolui, eique auferri poteſt, l. habere, 57.
3 in fine, ff. de euictionibus cum † ius ſemel quæſitum perpetuum eſſe cenſeatur, argum. l. ſiue poſſidetis, 16. C. de probationibus.
4 Deinde † quia multa fieri impediuntur: quæ tamen ſi facta ſint, tolerantur, l. patre furioſo, 8. ff. de his, qui ſui, vel alien. iur. ſunt
5 & † quia effectus iam conſummatus, non vitiatur, aut ceſſat, cauſa eius ceſſante l. qui res, 98. §. arcam, 8. ff. de ſolutionibus, l. tutelas, 7. in princ. ff. de capitis diminut. latè Tiraquell. in tract. regulæ, ceſſante cauſa, ceſſat effectus, limitatione 12. numer. 1. & ſeqq. Præteteà certi ſunt modi, quibus feudum amit-
6 titur. Hiſce autem † modis, nuſquam in feudorū libris ſuperueniens maſculi natiuitas connumeratur. Non ergo putandum eſt, quod hoc etiam modo femina feudū anteà acquiſitum, rurſus amittat.

Huic veriſſimæ ſententiæ non obſtat, quod obijcitur à diſſentientibus, (nimirum Iſern. Laudēſ. & Afflict. in d. tit. 17. lib. 2. F. Item Hugone Celſo conſ. 26. num. 47. & 56. nec non Burſato conſilio 63. num. 16.) feminam in caſu deficientis maſculi ad feudi ſucceſſionem conditionaliter tantum admitti, ſi ſcilicet maſculus poſteà non ſuperuenerit, dicto titulo decimoſeptimo, ibi, non patet locus feminæ in feudi ſucceſſione, donec maſculus ſupereſt, libro ſecundo, F. Ac proinde nato poſt maſculo, repelli feminam antea admiſſam. Id namq; planiſſime falſum eſt. Siquidem in ſcitis feudalibus traditum quidem reperitur, quod pacto inueſtituræ feminæ ius ſuccedendi in feudum deferatur ſub hac conditione, ſi maſculi deficiant defuncto vaſallo, de cuius ſucceſſione agitur. At nuſquam ſcriptū extat, quod femina, deficiente maſculo, ad feudi ſucceſſionem ſub aliqua iſtiuſmodi conditione admittatur. Nō igitur vt illud receptum; ita & hoc ſine lege feudali recipi debet, vt in ſimili loquitur Africanus I C. in l. eius, qui 41. ff. de reb. credit. Ceterum quod attinet ad dictum tit. 17. lib. 2. quem aduerſarij pro ſua opinatione ſtabilienda allegant: loquitur is de ſuccedendo in feudum, id eſt, de futura ſucceſſione, non de ſucceſſione iam facta: quemadmodum ipſamet verba perſpicue oſtendunt. Reliqua argumenta, quæ contra-

### QVÆST. LXXX.

1 *Pone, duæ ſorores nullis exiſtentibus maſculis, ſucceſſerunt in feudo, intellige in caſu, in quo poterant de iure ſuccedere, de quo dixi ſupr. quæſt. 73. per totam quæſt. Modo vna ipſarum ſuſcepit filium maſculum; Quæro, an ille maſculus ſtante inueſtitura, quæ velit maſculos excludere feminas, excludat etiam ſororis matris ſuæ, quæ ſemel admiſſa fuit ad feudi ſucceſſionem? Reſpond. Andr. de Iſernia in capit. primo, de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis tenet, quod illam excludat.*

a *Sed communis* [a] *opinio eſt in contrarium, ſcilicet, quod imo femina ſemel admiſſa ad ſucceſſionem feudi propter non exiſtentiam maſculorum, ſi poſteà maſculi ſuperueniant, non excludatur. Et ita eſſe communis opinio atteſtatur Aluarott. in d. cap. 1. numero 5. quem refert Iacob. de feud. in verbo, Et feminis, nume. 17. Zaſius de feud. in 8. parte, in ſecunda particula, verſic. Sed quæras de caſu. Curtius Iun. in prima regula, 3. partis princip. in 28. quæſt. Nam lex regulariter non patitur, quod dominia rerum ſtent in ſuſpenſo, & adhuc faciunt, quæ dixi ſupra in libro primo, §. Statuto. In caſu ſtatuti excludentis feminas, extantibus maſculis.*